76

1514. initio Februarii

# Petrus Tomicki Archidiaconus Cracoviensis Secretarius Sacrae Rae Mtis

Rme in Chro Pater etc. Conspexi in Lris Vestrae Rmae Dominationis cor ipsum et mentem omnem ejusdem, atque illius gratiae, qua me semper complecti dignata est, verissimum testimonium. Quippe quae in absentia mea Personam exilem, et fortunas meas quantulascunque commendatissimas habere dignata est. Ago gratias immensas pro eo Patrocinio et favore, et quoad vita suppetet conabor quocunque servitutis meae Officio potero, me gratissimum servitorem praestare Vrae Rmae Dnis. Quam quoniam Deo volente brevi visurum me spero, non scribo ad praesens plura, tantummodo ejus solitae gratiae me et servitia mea humiliter commendo. Opto, ut incolumis et felix sit semper eadem Vra Rma Dnao.